

## Incipit Protestatio.

¶ Noi già l'abbiamo portata (II, 619.) disseramente, è presa da questa stessa Operetta del Faustinis.

969) *De modo, forma et ordine instituendi Primicerium ab Ill:<sup>mo</sup> D. Duce Venetiar. in Ecclesia S. Marci.*

*Et quia de modo et ordine et forma instituendi Primicerium membrum dignissimum Ducatus, et honorificum caput totius Cleri dictæ Ecclesiae S. Marci hucusque nulla facta est mentio, licet pluribus in locis in Annalibus Excellentiss.<sup>i</sup> Ducatus hoc descriptum sit, visum est declarare, ut magis amplissima auctoritas Sereniss.<sup>m</sup> Principis clareat, et sicut in Ducalis Cancellariae Commemorali anni millesimi trecentesimi octagesimi primi die XXI Junii reperi, ita notum fakturus sum, quod sequitur in hæc verba:*

Vacante Primiceriatu Ecclesiæ S. Marci propter promotionem D. Johannis Lauredano ad episcopatum Justinopolitanum, factam per Sanctiss.<sup>m</sup> D. nostrum D. Bonifacium papam quartum &c. (Lesse meglio il Corner X, 185, nonagesimo e nonum) Et Excellentis. D. Antonius Venerio Dei gratia Dux Venetiar. Inclytus, volens de Primicerio Ecclesiæ & Capellæ S. Marci providere loco Rev:<sup>n</sup>i Patris D. Johannis Lauredano Episcopi supradicti, dicta die post celebrationem Missæ majoris fecit ad se venire Capellanos suos, quibus dixit, quod intentio sua erat & est, quod major Capellanus Ecclesiæ vel Capellæ sue prædictæ deberet regere & gubernare Ecclesiam vel Capellam suam prædictam, donec per ipsum Sereniss.<sup>m</sup> Duxem fuerit acceptatus Primicerius eligendus. Subsequenter ipse